IVSTI LIPSI
DISSERTATIVNCVLA
APVD PRINCIPES:
item
C. PLINI PANEGYRICVS
LIBER TRAIANO DICTVS,

Cum eiuſdem LIPSI perpetuo COMMENTARIO.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

CIↃ. IↃC.

Cum Priuilegijs Cæſareo ac Regio.

SER.[mis] POTENTISSIMISQVE
PRINCIPIBVS

ALBERTO MAXIMILIANI II.
IMP. FILIO, FERDINANDI NEPOTI,
RVDOLFI II. FRATRI:

ET

ISABELLAE CLARÆ EVGENIÆ,
PHILIPPI II. CATHOLICI REGIS FILIÆ,
CAROLI V. IMP. ET REGIS NEPTI,
PHILIPPI III. REGIS SORORI, INFANTI
HISPANIARVM:

ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ,
DVCIBVS BVRGVNDIÆ, PRINCIPIBVS
DYNASTISQVE BELGARVM:

IVSTVS LIPSIVS
SESE ATQVE ISTA
CVM ÆTERNA FIDE, CVLTV, OBSEQVIO,
DEDICAT CONSECRATQVE.

IVSTI LIPSI

DISSERTATIVNCVLA

apud

SERENISSIMOS

ALBERTVM

ET

ISABELLAM

BELGARVM PRINCIPES

extemporanea:

Poſtridie diei Auſpicalis, qui fuit ſeptimus Kal. Decembrium, anni CIↃ. IↃ. XCIX.

C. PLINI SECVNDI
PANEGYRICVS
LIBER,

Quem

IMP. NERVAE TRAIANO
OPTIMO PRINCIPI
ſcripſit ſiue dixit:

Et ad eum IVSTI LIPSI
COMMENTARIVS P. P.

AD LECTOREM MEVM, CVI SALVS.

HABES *hîc perpetuum, ſed breuem meum* Commentarium, *in* Plinij *ſcitam, & ſuper Græcas Latináſque laudatam,* Laudationem. *Perpetuum ita, vt nec minora ſæpe pigeat attingere, & diſcingere: quia memini quibus, & cui generi, præcipuè hæc ſcripſerim. nempe Palatinis noſtris: quos votum meum ſit, præclara hæc legere, intelligere, atque vtinam, bis vtinam, obſequi & audire∽. Itaque nec tenuia interdum tranſeo: quia pleroſque illos tranſiſſe per hæc ſtudia ſcio, vel feſtinantes, vel occupatos. ideóque iuuandos à nobis, præſertim in argutiis, aut ritibus: & vtrorumque copia eſt in hoc ſcripto. Sed breuiter tamen hæc omnia. quod pro illorum guſtu arbitror, fortaſſe & vſu: nec nimis nunc probo, qui in ſingulis inſiſtunt, & vni alicui ritui explicando paginas donant. Modicè ſatis eſt, & quod in rem præſentem ſufficiat: plura, pompam magis habeant, quàm fructum. Quid, quod nec Schemata, & ornatus illos floridæ orationis tango? nam viſum mihi pertenuia hæc & Scholaſtica eſſe, quæ didiciſſe oporteat magis quàm diſcere: aut alio certè doctore diſcere, neque* Aquila, *vt in prouerbio eſt,* captat muſcas. *Ergo Politica & grauiora illa dogmata explicares, dicet alius: & conueniebat Aulæ, cui*